

tere potuerat unā cum reliquis, quos ludificatio, Sophistico, non  
nunquam calumniatorio more in medium protulit.

## CONTROVERSIA IX.

An rectè dicatur, Passionem Christi ac mortem  
eius simul fuisse actionem, ex eo, quod (*uti*  
*Dn. D. Mislenta loquitur*) Christus patiendo  
& moriendo effectus planè stupendos produ-  
xerit..

§. LXVIII. His fermè verbis, quæ innuit quæstio, asseritur i-  
dem à Dno D. Mislenta disp. 5. th. 15. num. 3. neq; contrarationem aut Thesis  
accurationem Philosophicam, neq; adversus Theologica principia, ac Dn. D.  
fidem nostram salvificam. Non hoc; credimus enim ac confitemur, Mislent,  
Christi passionem veram ac propriè dictam esse, ex eaq; veluti fonte  
effectus prorsus stupendos, quos sine actione, seu à non activo principio  
profluere impossibile est, subortos, quales sunt, nostra redemptio, cum  
Patre reconciliatio, in numerum filiorum Dei receptio, peccatorum  
abolitio, aeternæ damnationis, Satanae, mortis ac inferni exsuperatio  
&c. Exindeq; infallibiliter sequitur, tales fructus arguere talen-  
passionem, quæ non mera passio sed simul actio sit: utiq; enim à non  
activo effectus sine actione produci impossibles proficiunt nequeunt.  
Idcirco etiam Damascenus ex Chrysost. l. 3. de Orth. fide c. 15. passio-  
nem Christi simul actionem esse docet: Similiter Dni Giess, Tom. 1.  
disp. 8. th. 85. Mortem Christi esse infinitæ virtutis per se, ex se, di-  
sertè statuunt: & S. Scriptura ipsa cum passione conjungit actionem  
Gal. II, 20. Ephes. V, 25. Rom. IV, 7. Psal. XXXII, 1. Non istud: siqui-  
dem vel natura nobis ostendit exempla passionum, quæ simul actio-  
nes sint. Quid reflexio intellectus ab objecto visibili in seipsum?  
quid intellectio, quid visio, quid alteratio, corruptio? passiones sunt,

H 3.

si in.